

Pontium structus & præfectus.

Der Brückenneister.

Nauigio quoties exercitus exit in æquor,
Nec superare maris vim q. minus q. potest.
Cura mihi solidos ex robore ponere pontes,
Triste quibus legio transeat usq. fretum.
Aut ubi ponticuli grauis impetus omnia rumpit
Ligna, per aduersas nauibus iutor aquas.
Atq. procellosum mare classibus ambulo, donec
Fortiter ad portus arma viros q. ueham.
Hinc ego militibus, castris acceptus et ipsis,
Consequor et studio præmia multa meo.

Delectorum militum Scriba.

Der Musterschreiber.

Centurio tantos mihi designauit honores,
Vt vigil à quo quis milite Scriba vocer.
Nemo receptus enim turbas numerabitur inter,
Ipse nisi calamos senserit ante meos.
Quisq. mihi posita formidine nomina fatur,
Quilibet et natus qua sit in urbe, refert.
Omniibus exigua decerno stipendia penna,
Omnibus addo suam, quam meruere, stipem.
Forte graues intersi quicquam negligo curias,
Cogimur id damno reddere saepe graui.

Magi-